



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda Ecclesiae Paderbornensis

Dietrich <Paderborn, Bischof>

Paderbornae, 1602

Benedictio Herbarum in festo Assumptionis B. Mariae virginis.

urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3

IN SABBATHO PENTECOSTES.

IN Sabbatho sancto Pentecostes, legantur Lectio-
nes & Orationes, eodem ordine, vt in Sabbatho
Paschæ, & per omnia sicut in Missali ordinantur.
Lectio prima. Tentauit Deus Abraham, & reliqua. Quo-
bus omnibus finitis, fiat Processio, cum Litaniam Sanctorum
ad fontem benedicendum, & benedictio fontis peragatur
pariformiter, sicut in Vigilia Paschæ. Benedictione peracta,
sequitur officium Missæ. Kyrie eleison, Gloria in excelsis,
vt patet in Missali.

BENEDICTIO HERBA- RVM IN FESTO ASSUMPTIO- NIS B. Mariæ Virginis.

Sacerdos indutus alba, manipulo & stola, absq; casula:
ante summam Missam habens coram se, herbas benedi-
cendas, dicat signando se signo S. Crucis.

Vers. Adiutorium nostrum in nomine
Domini.

Resp. Qui fecit calum & terram.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp.

Resp. Et cum Spiritu tuo.

O R E M V S.

Domine sancte Pater omnipotens, qui ab initio fecisti hominem ad imaginem tuam, & condidisti coelum & terram, solem & lunam, stellas & omnia coelestia & terrestria Tu Domine dominaris potestati maris, tu habes potestatem abyssi magnæ, tu condidisti omnia elementa: tu bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare digneris has creaturas herbarum, sicut benedixisti quinque panes in deserto, & duos pisces, & satiaisti quinque millia hominum virorum: omnesque qui utuntur ex eis bene ✠ dicere & sancti ✠ ficare dignare, ut eis sit sanitas animæ & corporis, in nomine Pa ✠ tris, & Fi ✠ lij, & Spiritus ✠ sancti. Et ab omnibus hominibus pecoribusque, qui ex hoc gustauerint, omnem putredinem & omne phantasma Diaboli amouere, & omnem morbum & pestilentiam ac dolorem expellere digneris. Qui in Trinitate perfecta uiuis & regnas Deus, Per omnia secula seculorum. Resp. Amen.

O R E M V S.

Suppliciter, sancte Pater, atque subnixis precibus tuam deprecamur clementiam, qui mirabiliter cuncta ex nihilo creasti, qui terram

diuersa proferre germina præcepisti, & varia medicamentorum genera ad sananda generis humani corpora herbis indidisti: bene **✠** dicere & sancti **✠** ficare has diuersi generis herbas tua pietate digneris: vt quicumq; ex eis in hac solennitate Venerabilis ac sanctæ Dei genitricis Mariæ sumpturi sunt, tam animæ quam corporis sanitatem percipiant. Et intercedente eadem beata Maria semper virgine, sic earum vsu iocundetur salubriter, quatenus in tuorum vnguëtorum odore paradisi ianuas adire mereantur, præstante Domino Deo nostro Iesu Christo. Qui tecum viuit & regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

OREMVS.

DEVS qui vniuersis generibus herbarum, humanis necessitatibus præstitisti remedia: hanc herbarum collectionem tuæ miserationis benedic **✠** dextera: vt quisquis languore depressus ex eis aliquid gustauerit, Ecclesiæ tuæ sanctæ representatus, optatæ munus salutis te donante percipiat. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus, &c.

RESPONSORIUM.

Quod si Cantores non adfuerint, poterit Sacerdos illud legere.

VI di spe ci o sam si cut co-
lum bam descendētem de su per ri uos
a qua rum cuius in æ sti mabilis
o dor erat ni mis in vestimentis
e ius Et si cut dies ver ni
cir cūm da bant e am flo res
ro sa rum & li li a
con ual li um.

Quæ



Quæ est i sta quæ ascendit per de-



fertum sicut virgula fu mi ex a roma ni-




bus myr rhæ & thu ris.



Repetitio.

E T si cut, &c.



Glo ri a Pa tri & Filio & Spi ri-



tui san cto. Et si cut di es, &c.

Verf. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus
Christi.

OREMVS.

OREMVS.

Veneranda nobis Domine huius diei festi-
uitas opem conferat sempiternam, in qua
sancta Dei genitrix mortem subijt tempora-
lem, nectamen mortis, nexibus deprimi po-
tuit, quæ filium tuum Dominum nostrum
dese genuit incarnatum. Per eundem Do-
minum nostrum Iesum Christum filium tu-
um, qui tecum viuit & regnat in vnitate
Spiritus sancti Deus, per omnia sæcu-
la sæculorum. *Resp. A-*
men.

Deinde herba thurificentur, & aqua benedicta
aspergantur.



EXOR-